



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

5 de Re vendita in venditione nulla an retrahi possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

In predictis conventionibus, pendente potestate, concessa retrahendi ipsi venditori, potius res penes emtorem commodati vel precarii nomine, quam alienationis perfecte titulo. Ioannes Faber autem in plerisque locis refert, ex consuetudine feruari, vt præferatur consanguineus pacto de retro vendendo: iure communi autem diuersum, si semel venditor rem vendiderit. Quia, inquit, ex eo ius est quæsitum consanguineo. Ioannes Faber, in §. 1. de emtio. apud Iustinia. Id ipsum tueretur Matthæus de Afflictis, in tracta. promissio. in verbis, licet enim supra diximus. colum. antep. versio. item quero, de alia qualis. cuius ratio, quod contrahentes expresse pactum nequeunt facere inter se, ne proximus retrahere possit, igitur nec tacite, per pactum redhibitionis, vel legis commissorie, vel modi alterius. per leum quid, si certum per. Matthæus de Afflictis, decis. 358. Tiraguell. in tracta. de retr. act. conuentionali. §. 1. glo. 7. num. 2. Quæ tamen rationes parum accomodate videtur: cum traditio quidem simpliciter pura, dominium transferat: at non ea quæ cum modo, vel sub conditione fit. Et aliud est pactum expressum, quo non potest præiudicium fieri proximo retrahenti, aliud sibi præficere, vt res aliquando ad se redeat. Quæ ad modum neque obicit potest, quod in conditionalibus venditionibus locus sit retrahendi, vt dictum proxime est: nam aliud est conditionem, aliud modum addicere venditionibus, vt in aliis. l. de his que sub modo leg. a. vel fidei commiss. relinq.

¶ Verum ¶ sciendum est pactum redhibitionis, vel vt interpretes loquuntur: de retro vendendo, ita demum redhibitionem impedit gentilitiam, si in ipso venditionis contractu fiat. Id ipsum & in pactis aliis legis commissorie, & additionis in diem & similibus: tunc enim pactum rei pars & emtionis censetur, l. fundi partem de contrab. emt. P. l. pacta conuertia. eod. titu. P. & pacta conuertiuntur bonæ fidei iudicis: si ex continenti subsequuta sint, non si ex intervallo. Liuris gentium §. quoniam, de pact. P. cum similibus in ibi not. Nam si ex intervallo fierent, ipso iure resolverentur venditiones, non secus, quam ex nouatione, & pacto sequente, glo. in l. ab emtione, in verbo cogatis, de pact. in P. neque pollet pactis huiusmodi semel acta perfecta venditione pura, ex qua iam ius quæsitum est proximo, pactum in præiudicium eiusdem efficax esse, l. si vnus, ante omnia, de pact. in P. & perfecta ita venditio, in damnum alterius nec diem, neque conditionem accipit, l. perfecta. C. de don. que sub mod. sic & animaduertit Tiraguell. in tracta. de retr. act. conuentionali, §. 1. glo. 7. num. 4.

De re vendita in venditione nulla, an retrahi possit. CAP. 5.

1 Redhibitio gentilitia non habet locum in venditione nulla. Non potest ¶ agi iure hoc redhibitionis gentilitiæ ex venditione nulla, veluti si ea facta contra iuris communis, vel municipalis prohibitionem, veluti si minor vendidit, Tiraguell. tracta. de retr. act. gentilitio. §. 1. glo. 2. num. 5. (Cæpolla consilio causar. civil. 44. quest. de presentatione, col. 2. vers. de prima questione, quia appellacione venditionis venit proprie valida. l. 4. §. cõdemnatum, de re iudic. l. 3. §. hac verba, de negot. gest. P. Neque ex iniuria, & nulla, iura accessio fundi clientelaris, seu laudemia debentur. Ioan. Faber in l. 1. quando lic. ab emt. disced. in C. & in l. fin. colum. 2. in verbo irritum, commu. de leg. C. & in ibi Barthol. & Paul. Castren. ad §. sed cum nulla, eius l. fin. Ex nullo nihil sequitur, l. eius qui in prouincia, de reb. cred. & pro pretio repetendo condicito indebiti competit ex emtione nulla. l. seruum meum, §. 7. de condit. indeb. l. 12. P. it. 6. Obiectandum tamen, emtore obicitatem proximiori redhibita agenti nullitatem, non andiri: cum illas non interficit recepto pretio: & qui excipit, potest repelli per replicationem, quod sua nihil interficit, l. ille a quo, §. 1. ad Senatuscons. Trebellian. iuse Carol. Molinæ, in consuetudine Parisiens. titu. 1. §. 13. gloss. 5. in verbo, vendi, in 11. quest. & Tiraguellus de retr. act. gentilitio, §. 1. gloss. a. num. 11.

De re quæ redit ad dominum iure commissi, an a proximo redhiberi possit. CAP. 6.

1 In commissum quando iure scripto. & Gallico incidit res. 2 Redhibitioni rei vendita quis præferatur, dominum censuatis, an proximus. In commissum re incidente, quis præferatur, an proximior alienantis, an is cui commissum debetur eod. 3 Feudo incidente in commissum quis præferatur, proximius agnatus, an dominus.

ius, an dominus. Feudum quibus modis incidat in commissum. eod. Commissum ob inficiationem domini, in Gallia.

¶ CVM ¶ census domino directo non soluitur, vel iura fisco non penduntur, res cadit in commissum, id est, res adimitur possessori, l. commissi, 1. 4. & l. fin. diuis quoque de public. & veltiga. vide de commissione rei, vel de publicatione debiti non soluti. glo. in l. 1. & 2. de veltiga, & commissi lib. 4. C. tit. 61. & interpret. in d. l. commissi, & in d. §. diuis. & redit ad dominum: vt & quando emphyteota, alterius quam ecclesie, per triennium cessauit in solutione pensionis, l. 2. de iur. emphyt. C. si ecclesiasticus, si per biennium. c. potuit, de loca. authent. qui rem, de sacros. eccles. C. Quæ in publicis pensionibus, quibus res onerantur, locum habent, l. obssere, 9. de anno. & tribu. lib. 10. C. tit. 16. extra ius Gallicum, quo non est locus commissio, ob moram solutionis, nisi quis inficietur dominum potentem. ¶ In ¶ hac itaque causa queritur, vum proximior, qui vult redhibere rem hanc, quæ in commissum cadit, potior sit domino censuali, vel alio, cui res iure commissi competit. Et distinguitur aliqui, num. proximior nomine sue, an eius qui cecidit in commissum soluat: si pro suo, non pro fit solutio debitori: si eius debitoris, audiatur, vt eum liberans, cum inuitum quis liberare possit pro eo soluens. Barr. & Bald. in l. arborib. §. quod tamen, de usufru. in P. Quod tamen respuit Ludouicus Romanus, sing. 558. qui scribit solutionem factam census a tertio, etiam suo nomine liberare debitorem, & prodesse emphyteote. per l. forma censu. l. §. si cum ego, de censu. Quamobrem dicemus in specie propositam commissum sic: & locum habere redhibitionem gentilitiam, & proximior rem reddito, vel oblato debito census, retrahere. Quod & est ex sententia Boerit. decis. 279. nu. 1. Quia & concurrente domino, & proximior, in iure redhibitionis, præferatur proximior. in consuet. Burgund. tit. de retr. act. §. 10. quam consuetudinem, communem esse ibi tradit Cbassan.

¶ Quamquam ¶ Albericus in contraria videatur esse sententia in l. Imperator, in 2. de pact. in P. & lalon, in l. 3. colum. 4. ubi iuxta supradictum notabile, C. de iur. emphyt. In feudo tamen quo priuatur vasallus, num. et præferatur dominus, distinctio adhibenda ex modis, quibus feudo quis priuatur. Feudum quippe in commissum incidit, vel ex negligencia recognitionis domini, vel ob delictum in dominum commissum, vel ex inficiatione domini, §. 1. & 2. quæ sunt prima caus. benef. amitt. Negligitur dominus, quando non negatur quidem, verum tamen ius illi debitum, quando, & modo quo oportet nõ præstatur: vel si inuestitura, seu adeptio possessionis ab eo non petitur, intra annum & diem, vel aliud tempus a consuetudine, vel lege feudi definitum, quo casu fidelitatis prætermissa professione, vt ingratus beneficio priuatur. Ex delicto priuatur quis feud. pluribus de causis, vel delicto commissio contra ipsum dominum, vt si periclitantur dominum in prelis non iuuerit, si eum aggrediatur: si filias eius corruperit, & ob alias similes causas feudo: vbi explicatas, §. item qui dominum inuim, cum §. §. segg. quæ sit. 1. caus. benef. amitt. in vlt. feud. Vel etiam ex delicto in alium, quam in dominum commissio. Cum aut quis priuatur feudo, delicti in dominum commissi causa, præferatur dominus proximioribus: in aliis proximiores ei præferuntur, §. fin. quæ sit prima caus. benef. amitt. redit enim facile ob ingratitude donatoris, res ad pristinum donantem dominum, l. si de reuoc. don. C. de iur. eod. titu. apud Gregor. l. 1. de ingra. liber. c. octaua, 12. q. 2. h. 2. de liber. & eor. liber. Casu tamen, quo quis fratrem dominum occidit, proximiores tantum post tertium gradum, non intra, admittuntur, propter vicinitatem conunctionis, §. fin. si vasallus feudo priuatus, de fera. lib. 2. Feud. tit. 31.

¶ In ¶ inficiatione porro domini ademptio præd. clientelaris, & proculdubio ad dominum, vt ab ingrato erepti, per §. si vasallus, si feudum, & §. penult. vers. vasallus feudum, quod sciens est, si de feud. defuncti. controuers. fuerit inter domi. & agna. defuncti. lib. 2. de Feudo. titu. 26. pertinet, expulsi proximioribus. Quod arbitratum, & verum esse perique in inficiatione domini tacita, puta, quia vasallus, seu cliens dominum patronum non conuenit, nec professus est apud illum acquisitionem, id est, recognouit, vt di. out. dominum, quo casu & priuati tradunt feudo. vt in §. 1. & 2. quæ sunt prima caus. benef. amitt. & ita tradit Ioan. Andreas, in aactionib. ad Speculatorem, tit. de feudis, §. quoniam, & in additio. directe Baldus, & Alexander, in 3. volumine consiliorum, consilio 10. columna tertia, versicu. denique si reperitur, Laurentius Syluanus lib. de feudi recognitione, cap. 87. Hodie tamen in Gallia generali vñ receptum est, ne ob inuestituram non petatur.

